



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Pueritiæ studia. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

ta ferè erant, quæ percontantibus alijs respondebat. Quod ipsum, sicut omnibus admirationi; ita multis acutiùs tuentibus, argumento fuit, cur omnia sibi summa de puero, si adolesceret, non vani pollicerentur.

IV. Pueritiæ studia.

IAm interea, ne per otium ætas hebesceret, tēpus omne, quod precibus supererat, inter honestas, annisque congruentes exercitationes, ita diuidebat, vt primam ferè operam in litteris discendis poneret. Quippe ea de re magistrum pater domesticum alebat, à quo ipse, & frater germanus ipso maior, ad Grammaticen instituerentur. Vbi sanè compertum est, omnem eius magistri ductum nutumque V-

BAL.

VBALDINI. 15

BALDINO pro imperio fuisse.
In secundis curis Musicen habu-
it; liberalem disciplinam, nisi
quà mollibus argumentis infra-
cta, per artis iniuriam effæmi-
natur. Sed puer oderat hæc au-
rium probra, eoque passus est
nunquam, aniles sibi næcias, ac
multò minimè Sirenum illece-
bras occentari; quòd animus sa-
cris tantùm piisque modulis ca-
piebatur. Vltimum ei studium
fuit venatio. Nam à puerili qui-
dem ludicro, quale id cumq; fo-
ret, abhorrens, hac sola, sicut in-
noxie, ità & iucundè sese obla-
ctabat; atque id eâ peritiâ, pro-
pè vt esse puerum negares. Quã
venandi voluptatem, mox apud
suos ingeniosè obtentui habuit;
quoties turbis aliter subducere
se, solidumve diem ieiunus exi-
gere

gere, sine arbitro nequibat.

V. Virtutis ieiunia.

AB vltima confestim pueritia, ferio cum animo suo statuit, subductis quotidie calculis, quid in legem diuinam offendisset: senerè secum expendere. Tum verò, quasi qui reus ad magni Iudicis tribunal sisteretur, delicti sui veniam orare; & crebrâ proin, cùm tempus monebat, exhomologesi lustrari quin adeo, nullum inde diem eximium transire, quo septem pœnitentium psalmos placando numinis non recitaret. In hanc consuetudinem inressus, sensit continuò, cœptis suis propitios Cœlites adesse. Nam oborta animo lux, abditas cœli mœces. virtutisq; non ante visam pulchritudinem, detexit.

re
C
tu
de
re
an
op
an
vt
tui
ho
hæ
ni
tur
cur
qua
tan
no
neq
qua
VI.
A